



HISTORIARUM VENETARUM ANDREAE MAUROCENI LIBER NONUS.

M. D. LXX.



Non me later belli Cyprii historiam literis mandantem, multos fore, qui laborem susceptum supervacaneum esse fortasse arbitrabuntur, cum multa non defuerint, eademque præclara ingenia; quæ cum Latino, tum Italico sermone ea scriptis consignarint, quæ varia trium fere annorum spatio, gravissimo inter Turcas, ac Venetos sæviente bello, accidere; atque inter hos Paulus Paruta, cui conscribendæ Venetæ historiæ onus a Decemviris ante me delatum fuerat, qui copiose admodum, ac luculenter harum rerum successus edidit. Attamen veterum auctorum memoriam repetenti, cum Græcorum, ac Latinorum scriptorum monumenta sese objicerent, quibus plerosque excellentis virtutis,

1570